

BIBLIOTHECA
V M B R I A E

S I V E

DE SCRIPTORIBVS

Prouincię Vmbrię

Alphabetico Ordine digesta.

Vna cum Discursu prefate Prouincię.

A V C T O R E

LVDOVICO IACOBILLO

Iur. Conf. Fulginate, & Prothonot. Apost.

V O L V M E N P R I M V M.



FVLGINIÆ, Apud Augustinum Alteriam. 1658.
DD. Superiorum permissu.

Enricus Barcellius in eius Bibliotheca .

Federicus Falcutius Comes Eugubinus, edidit vitā s, Vbaldi Epif. Eugubini. Perusiz an. 1606 apud Academiam Augustam in 4.

Federicus Frezzius Fulginas, Magister in Theologia, & Prouincialis Prouinciæ Romanæ Ord Prædicatorum, postea an. 1403. creatus Episcopus Fulginie. vir doctissimus, & facundus. Edidit Quatregium sententiarum, grauitate referum, & de Cursu vitæ humanæ, carmine materno. Bononiæ an. 1494. in folio. Item quatuor libros Regum, idioma Italico. vt referunt P. Leæder Albertus l. 4 de Viris Illust. Præd. Postseuinus in Catal. scriptor. & Io. Michael eius l. 4. de Illust. Præd. an. 1416 die 14. Febr. subscripsit Decretis Consilii Cōstantiensis, vt Epif. Fulgin & nomine Iacobi Epif. Spoletani, Andreæ Epif. Nucerni, & Abbatis s. Crucis Saxiuui. obiit Fulginie die 2. Ianuarii 1417.

Federicus Marionus Eugubinus I. C. & Auditor Magni Ducis Etruriæ apud supremum Magistratum, vir magni nominis, & doctrine. Edidit plura volumina Consiliorum, & Decisionum. legalium Floren. an. 1650. Viuit adhuc.

Felicianus costa è Castro Ithiuli, dioecesis Narniæ, vulgo Felicianus Capitonus Narniensis, quia fuit adoptatus a familia Capitonia Narniensi, & diu domicilium habuit in Castro Capitonis, Dioecesis Narnien., & ortum habuit à familia Nutia, siue de Amuccis d. Castri. Fuit Procurator generalis Ord. Seruorum B. Virginis, Concionator eloquentissimus, in Romana Sapientia Professor sacre Theologiæ, & in omni virtutum, & disciplinarum genere eruditissimus: erexit Cenobia Ferrariæ, & Capuæ sui Ordinis: a P. Pio 5. 24. Maii 1566. Archiepiscopus Auentonen. creatus fuit. Obiit Capitonii die 27. Decemb 1570, scripsit egregium volumen aduersus Hæreses, idest explicationes Catholicas veteris,